16

116

5401

Incipit officium beate
marie uirginis secundū
consuetudinem roma
ne curie. Ad matutinū.

Domi
ne la
bia mea
appe
ries. ℟ Et
os me
um annunciabit laudem
tuam. Deus in adiuto
rium meum intende.

Domine ad adiuuan
dum me feſtina. Gloria
patri et filio et ſpiritui
ſancto. Sicut erat in
principio et nunc et ſem
per et in ſecula ſeculoꝝ
amen alleluia.
Inuitatorium. Aue ma
ria gratia plena dñs
tecum. Aue maria grã
plena dominus tecum.
Venite pſalmus.
exultemus dño
iubilemus deo ſaluta
ri noſtro. preoccupemus

faciem eius in confeſ
ſione et in pſalmis iu
bilemus ei. Aue mari
a gratia plena domin⁹
tecum. Quoniam d̄s
magnus dn̄s et rex
magnus ſuper omnes
deos. quoniam non re
pellet dn̄s plebem ſu
am. quia in manu ei⁹
ſunt omnes fines ter
re et altitudines mō
tium ipſe conſpicit. o
Dominus tecum. Q
uoniam ipſius eſt ma

re et ipẽ fecit illud. et
aridam fundauerũt
manus eius. Venite a
doremus et procidamus
ante deum. ploremus
coram dño qui fecit
nos. quia ipẽ est dñs
deus nr. nos autem pplš
eius et oues pascue ei?
Aue maria gratia plena
dñs tecum. Hodie si uo
cem eius audieritis no
lite obdurare corda ne
stra sicut in exacerbatio
ne secundum diem tēp

tationis in deserto ubi
temptauerũt me p̃res
ṽri. probauerunt et ui
derunt opera mea. Qu dñs tecũ
adraginta annis proxi
mus fui generationi
huic. et dixi semper i
hi errant corde. ipi uõ
non cognouerunt uias
meas. quib; iuraui in
ira mea si introibunt
in requiem meam. Aue
maria gratia plena do
minus tecum. Gloria
patri et filio et spiritui

ſancto. Sicut erat in
principio et nunc et
ſemper et in ſecula ſe
culorum amen. Dñs
tecum. ℣. Ave maria
gratia plena. ℟. Dñs
tecum. hymnus.

Quem terra pont'
ethera colunt o
adorant p̄dicant trin
am regentem machi
nam clauſtrum marie
baiulat. Cui luna o
ſol et omnia deſ'uiunt
per tempora perfuſa

celi gratia geſtant pu
elle uiſcera. Beata t
mater munere cuius
ſupernus artifex mū
dum pugillo continēs
uentris ſub archa cla
uſus eſt. Beata celi n
nuntio fecunda ſacto
ſpiritu deſideratus gē
tibus cuius per aluum
fuſus eſt. Gloria tibi
dñe qui natus es de t
uirgine cum patre et
ſancto ſpiritu in ſemp
iterna ſecula amen.

Inprimo nocturno ant.
Benedicta tu. pſalm.
Domine dñs noſter
q̃ admirabile eſt
nomen tuum in uniu
ſa terra. Quoniã ele
uata eſt magnificentia
tua ſuper celos. Ex ore
infantium et lactentiũ
perfeciſti laudem propt
inimicos tuos ut deſtru
as inimicum et ultorẽ.
Quoniam uidebo celos
tuos opera digitorum
tuorum lunam et ſtellas

que tu fundasti. Quid
est homo q̄ memor es
eius. aut filius homīs
quoniam uisitas eum.
Minuisti eum paulo
minus ab angelis. glo
ria et honore corona
sti eum dn̄e. et consti
tuisti eum super opera
manuum tuarum. Om
nia subiecisti sub pedi
bus eius oues et boues
uniuersas insuper et
peccora campi. Volu
cres celi et pisces ma

ris qui perambulant se
mitas maris. Domine
dñs noster q̄ admira
bile est nomen tuum
in uniuersa terra. Glo
ria pri. Sicut erat. A.
Benedicta tu in muli
eribus et benedictus
fructus uentris tui. A.
Sicut mirra. psalm.
Celi enarrant glo
riam dei. et opera
manuum eius annū
tiat firmamentū. Di
es diei eructat uerbū

et nox nocti indicat
sciẽtiam. Non sunt
loquelle neqꝫ ſmones
quorum non audiãtur
uoces eorum. In oẽm
terram exiuit sonus
eorum. et in fines or
bis terre uerba eorũ.
In sole posuit tabna
culum suum. et ipe tã
q̃ sponsus procedens
de thalamo suo. Exul
tauit ut gigas ad cur
rendam uiam. a sũmo
celo egressio eius. Et

occurſus eius uſqꝫ ad
ſũmum eius. nec eſt q
ſe abſcondat a calore
eius. Lex dñi inmacu
lata conuertens anim
as. teſtimoniũ dñi fide
le ſapientiam preſtãs
paruulis. Iuſticie dñi
recte letificantes cõda.
pceptum dñi lucidum
illuminans oculos. Ti
mor dñi ſanctus pma
net in ſeculum ſecuñ.
iudicia dñi uera iuſti
ficata in ſemet ipſa. t

D. eſiderabilia ſuper au
rum et lapidem pcioſũ
multum et dulciora ſu
per mel et fauum. Et
enim ſeruus tuus cuſto
dit ea. in cuſtodiendis
illis retributio multa.
Delicta quis intelligit.
ab occultis meis mũda
me dñe. et ab alienis
parce ſuo tuo. Si mei
non fuerint dominati
tunc immaculatus ero ⁊
emundabor a delicto
maximo. Et erunt ut

complaceant eloquia
oris mei. et meditatio
cordis mei in conſpec-
tu tuo ſemper. Domine adiu-
tor meus et redemptor
meus. Gloria patri. Ant.
Sicut mirra electa odo-
rem dediſti ſuauitatis
ſancta dei genitrix. ant.
Ante thorum. pſalmus.
Domini eſt terra et
plenitudo eius or-
bis terrarum. et uniuerſi
qui habitant in eo. Qui-
a ipſe ſuper maria fun

dauit eum. et ſuper flu
mina ꝑparauit eum. o
Quis aſcendet in mon
tem dñi aut quis ſtabit
in loco ſancto eius. Inno
cens manibꝫ et mundo
corde. qui non accepit
in uano animam ſuaꝫ.
nec iurauit in dolo pro
ximo ſuo. Hic acapiet
benedictionem a dño ꝛ
miſicordiam a deo ſalu
tari ſuo. Hec eſt gene
ratio querentiū dñm
querentiū faciem dei i

iacob. Attollite portas
principes uestras. et eleu
amini porte eternales
et introibit rex glorie.
Quis est iste rex glorie.
dominus fortis et potens do
minus potens in prelio.
Attollite portas prin
cipes uestras et eleuamini
porte eternales et intro
ibit rex glorie. Quis
est iste rex glorie. dominus
uirtutum ipse est rex
glorie. Gloria patri.
Ant. Ante thorum hu

ius uirginis frequenta
te nobis dulcia canti
ca dignatus. ℣. Diffu
sa est gratia in labiis tu
is. ℟. Propterea bene
dixit te deus in eternum.
Pater noster. ℣. Et ne nos
inducas in temptatio
nem. ℟. Sed libera nos
a malo. Absolutio.
Precibus et meritis
beate marie semper
uirginis et omnium sancto
rum perducat nos dominus
ad regna celorum. ℟.

amen. ℣. Jube domne benedicere. ℞. Nos cum
prole pia benedicat
virgo maria. ℞. Amen.
In omnibus. Lectio prima.
requiem quesivi
et in hereditate domini
morabor. Tunc precepit
et dixit michi creator
omnium. et qui creavit
me requievit in taber
naculo meo. Et dixit
michi in iacob inhabi
ta et in israel hereditare
et in electis meis mit

te radices. Tu autem
dñe miserere nobis. ℟.
Deo gratias. ℟. Scta
et imaculata uirgini
tas quib⁊ te laudib⁊
refferam nescio. Quia
quem celi capere nõ
poterant tuo gremio
contulisti. ℣. Benedcta
tu in mulierib⁊ et be
nedictus fructus uen
tris tui. Quia. Lectio
Et sic in syon firma
firmata sum et in
ciuitate sãficata sum

liter requieui. et in ie
rusalem potestas mea.
Et radicaui in populo
honorificato. et in par
tes dei mei hereditas
illius. et in plenitudie
sanctorũ detentio mea.
Tu autem. ℞. Beata
dei genitrix uirgo ma
ria que dnm portasti
creatorem mundi. Ge
nuisti qui te fecit et
in eternum permanes
uirgo. ℣. Aue maria
gratia plena domin⁹

tecum. Genuiſti. Be
nedictio ℣. Jube domne
benedicere. ℟. Per uir
ginem matrem conce
dat nobis dñs ſalutē
et pacem. ℟. amen.
Quaſi cedrus lectio
exaltata ſum iijª
in libano et quaſi cy
preſſus in monte ſyon.
Quaſi palma exaltata
ſum in cades. et qua
ſi plantatio roſe in ye
rico. Quaſi oliua ſpe
cioſa in campis. et q̄i

platanus exaltata ſum
iuxta aquas. In plateis
ſicut cynamomum et
balſamum aromatiçās
odorem dedi. quaſi mir
ra electa dedi ſuauitatē
odoris. Tu autem. ℟.
Felix namq; es ſacra
uirgo maria et omni
laude digniſſima. Quia
ex te ortus eſt ſol iuſticie
xp̄s deus nr̄. ℣. Ora pro
populo interueni pro
clero. intercede pro de
uoto femineo ſexu. ſen

tiant omnes tuum ui
uamen quicu[n]q[ue] celeb
rant tuam sanctam cō
memorationem. Quia
ex te. R. Gloria p[at]ri. xp[istu]s
deus noster. Ad laudes.
D Eus in adiuto
rium meum in
tende. Domine
ad adiuuandū me festi
na. Gloria p[at]ri. Sicut.
ant. Assumpta est. ps.
D Ominus regnauit
decorem indutus
est. indutus est domin[us]

fortitudinem et precinxit
ſe. Et enim firmauit
orbem terre qui non co
mouebitur. Parata ſe
des tua deus ex tunc a
ſeculo tu es. Eleuaue
runt flumina dn̄e ele
uauerunt flumina uo
cem ſuam. Eleuauerūt
flumina fluctus ſuos a
uocibus aquarum multa
rum. Mirabiles elatio
nes maris. mirabilis in
altis dn̄s. Testimonia
tua credibilia facta ſūt

nimis. domum tuam
decet ſanctitudo dñe
in longitudinem dierꝝ.
Gloria pri. ant. Aſſum
pta est maria in celuz.
gaudent angeli laudã
tes benedicunt dominu͞.
ant. Maria uirgo. ps.
Jubilate deo omnis
terra. ſeruite dño i
leticia. introite in con
ſpectu eius in exultatiõe
Scitote qm̃ dñs ipſe eſt
deus. ipſe fecit nos et n
non ipi nos. Populus

eius et oues pascue ei.
introite portas eius in
confessione atria eius i
hymnis confitemini i
illi. Laudate nomen
eius qm suauis est do
minus. in eternu mia
eius et usqz in gnatione
et generationem ueri
tas eius. Gloria pri.
Ant. Maria uirgo as
sumpta est ad ethereu
thalamum. in quo rex
regum stellato sedet i
solio. Ant. In odorem.

DEus deus meus
ad te de luce ps.
uigilo. Sitiuit in te
anima mea q̃ multip
liciter tibi et caro mea.
In terra deſerta inuia
et in aquoſa ſic in ſcõ
apparui tibi ut uiderē
uirtutem tuam et glo
riam tuam. Quoniaꝫ
melior eſt miſericordia
tua ſuper uitas labia
mea laudabūt te. Sic
benedicam te in uita
mea. et in nomine tuo

leuabo manus meas. o
Sicut adype et pingue
dine repleatur anima
mea. et labys exultatio
nis laudabit os meum.
Sic memor fui tui sup
stratum meum. et i ma
tutinis meditabor inte
quia fuisti adiutor me9.
Et in uelamento ala
rum tuarum exultabo.
adhesit anima mea pt
te me suscepit dextera
tua. Ipsi uero in uanu
quesierunt aiam mea

introibunt in inferio
ra terre. tradentur in
manus gladij partes
uulpium erunt. R ex
uero letabitur in deo.
laudabuntur omnes
qui iurant in eo quia
obſtructum eſt os loqn
tium iniqua. pſalmus.
DEus miſeatur no
ſtri et benedicat
nobis. illuminet uultũ
ſuum ſuper nos et miſe
atur nri. V t cognoſca
mus in terra uiam tuã

in omnibꝰ gentibꝰ ſalu
tare tuum. Confitean
tur tibi populi deus cō
fiteantur tibi ppli oēs.
Letentur et exultent
gentes qin iudicas po
pulos in equitate. et gē
tes in terra dirigis. Cō
fiteantur tibi populi ds.
confiteantur tibi ppli
oēs terra dedit fructuꝫ
ſuum. Benedicat nos
deus ds nr̄. benedicat
nos deus. et metuant
eum oēs fines terre.

Gloria pri. Sicut. a\.
In odorem unguentoꝝ
tuorũ currimus adole
ſcentule dilexerunt te
nimis. ant. Benedicta.
Benedicite pſalm.
omnia opera dñi
dño. laudate et ſuper
exaltate eum in ſecula.
Benedicite angeli do
mini dño. bñdicite ce
li dño. Benedicite a
que oẽs que ſuper ce
los ſunt dño. benedici
te oẽs uirtutes domi

dño. B enedicite ſol et
luna dño. benedicite
ſtelle celi dño. B enedi
cite omnis ymber et ros
dño. benedicite oīs ſp̄s
dei dño. B enedicite i
gnis et eſtus domino.
benedicite frigus et e
ſtas dño. B enedicite
rores et pruina dño.
benedicite gelu et fri
gus dño. B enedicite
glacies et niues dño.
benedicite noctes et di
es dño. B enedicite

lux et tenebre domino.
benedicite fulgura et
nubes dño. Benedic
at terra dñm. laudet
et ſuperexaltet eum in
ſecula. Benedicite m
ontes et colles domino.
benedicite uniuerſa
germinantia in terra
dño. Benedicite fontes
dño. benedicite maria
et flumina dño. Bene
dicite cete et omnia
que mouentur in aquis
dño. benedicite omnes

uolucres celi dño. B e
nedicite oẽs bestie et
peccora dño. benedicite
filij hominũ dño. B e
nedicat isrl' dominuz
laudet et superexaltet
eum in secula. B ene
dicite sacerdotes dñi
dño. benedicite serui
dñi dño. B enedicite
spiritus et aĩe iustorũ
dño. bñdicite scĩ et
humiles corde dño.
B enedicite anania
açaria misael dño.

laudate et ſuperexaltate
eum in ſecula. Bene
dicamus prēm et filiū
cum ſcto ſpiritu laude
mus et ſuperexaltem⁹
eum in ſecula. Bene
dictus es dn̄e in firma
mento celi laudabilis
et glorioſus et ſuper
exaltatus in ſecula. Ant.
Benedicta a filio tuo
domina quia per te
fructum vite communi
cauimus. Ant. Pulcra
es et decora. Pſalm.

Laudate dnm de
celis. laudate eũ
in excelſis. Laudate
eum oẽs angeli eius.
laudate eum omnes
uirtutes eius. Laud
ate eum ſol et luna.
laudate eum omnes
ſtelle et lumen. Lau
date eum celi celorũ
et aque que ſuper ce
los ſunt laudent nom
dni. Quia ipſe dixit et
facta ſunt. ipſe manda
uit et creata ſunt.

Statuit ea in eternū
et in seculum seculi p̄ce
ptum posuit et non p̄
teribit. Laudate dñz
de terra dracones et
oēs abyssi. Ignis gran
do nix glacies spiritus
procellarum que faci
unt uerbum eius. Mō
tes et oēs colles ligna
fructifera et oēs cedri.
Bestie et uniuersa
peccora s̄pentes et uo
lucres pēnate. Reges
terre et oēs ppl'i p̄ncipes

et omnes iudices terre.
Iuuenes et uirgines
ſenes cum iunioribus
laudent nomen dn̄i
quia exaltatum eſt no
men eius ſolius. Con
feſſio eius ſuper celum
et terram. et exaltau
it cornu ppli ſui. Hym
nus oībus ſanctis eius
filys iſrl' pplo appropi
quanti ſibi. Cantate
dn̄o canticum nouū
laus eius in eccleſia
ſcōrum. Letetur iſrl'

in eo qui fecit eum et
filie ſyon exultent in
rege ſuo. Laudent no
men eius in choro in
tympano et pſalterio
pſallant ei. Quia be
neplacitum eſt dño i
populo ſuo. et exulta
bit manſuetos in ſalu
tem. Exultabunt ſcti
in gloria. letabuntur
in cubilibus ſuis. Ex
ultationes dei in gut
ture eorum. et gladij
ancipites in manibꝫ

eorum. Ad faciendã
uindictam in nationi
bus increpationes et
in populis. Ad alligã
dos reges eorum in cõ
pedibus. et nobiles eo
rum in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudi
tium conſcriptum. glo
ria hec eſt omnibꝰ ſcīs
eius. Laudate dn̄m
in ſanctis eius. lauda
te eum in firmamento
uirtutis eius. Lauda
te eum in uirtutibꝰ eiꝰ.

laudate eum ſecundū
multitudinem magni
tudinis eius. Lauda
te eum in ſono tube. ⁊
laudate eum in pſalte
rio et cythara. Lauda
te eum in timpano et
choro. laudate eum in
cordis et organo. Lau
date eum in cymbalis
bene ſonantibꝫ. lauda
te eum in cymbalis iu
bilationis. oīs ſpiritus
laudet dn̄m. Gloria.
ant. pulcra es et deco

ta filia ierl'm terribilis
ut castrorum acies or
dinata. Capitulum.
Viderunt eam filie
syon et beatissimā
p̄dicauerūt et regine
laudauerūt eam. ℞.
Deo gratias. Hymnus.
O Gloriosa domina
excelsa super syde
ra. qui te creauit p̄uide
lactasti sacro ubere. O
Quod eua tristis ab
stulit. tu reddis almo
germine. intrent ut

astra flebiles celi fene
stra facta es. Tu regis
alti ianua. et porta lu
cis fulgida. uitam da
tam per uirginem gē
tes redempte plaudi
te. Gloria tibi domine
qui natus es de uir
gine cum patre et sancto
spiritu in sempiterna
secula amen. ℣. Bene
dicta tu in mulierib9.
℟. Et benedictus fru
ctus uentris tui. Ad be
nedictus ant. Beata

dei genitrix. psalmus.
Benedictus dñs deus
israel quia visita
uit et fecit redemptio
nem plebis sue. Et ere
xit cornu salutis nobis
in domo dauid pueri
sui. Sicut locutus est
per os sc̄orum qui a se
culo sunt pphetarum eius.
Salutem ex inimicis
nr̄is et de manu oīum
qui oderunt nos. Ad
faciendam mīam cum
prībus nr̄is et memo

rari teſtamenti ſui ſcti.
Iuſiurandum qd' iura
uit ad abraam patrē
nrm daturum ſe nobis.
Ut ſine timore de ma
nu inimicorum nrorū
liberati ſeruiamus illi.
In ſcitate et iuſticia
coram ipo oib; dieb;
nris. Et tu puer pro
pheta altiſſimi uocabe
ris. preibis enim an
te faciem dñi parare
uias eius. Ad dandā
ſcientiam ſalutis ple

bi eius in remissionem
peccorum eorum. Per
uiscera mie dei nri in
quibus uisitauit nos ori
ens ex alto. Illumina
re his qui in tenebris
et umbra mortis sedet
ad dirigendos pedes
nros in uiam pacis. Ant.
Gloria pri. Sicut. R.
Beata dei genitrix uir
go maria ppetua teplu
dni sacrarium spiritus
sancti sola sine exeplo
placuisti dno yhu xpo.

℣. Ora pro populo in
terueni pro clero. intẽ
cede pro deuoto femi
neo sexu. kyriel'. xpel'.
kyriel'. ℣. Domine exa
udi orõnem meam. ℟.
Et clamor meus ad te
ueniat. Oremus. orõ.
Deus qui de beate
marie uirginis u
tero uerbum tuum
angelo nunciante car
nem suscipere uoluisti.
presta supplicab; tuis. ⁊
ut qui uere eam geni

tricem dei credimus. et
eius apud te intercessi
onibus adiuuemur. per
eundem xpm dominum
nostrum amen. Ant. Sancti
dei omnes intercedere
dignemini pro nostra om
niumque salute. ℣. Leta
mini in domino et exulta
te iusti. ℟. Et gloriamini
omnes recti corde. Oratio.
Protege domine populum
tuum. et apostolorum
tuorum petri et pauli
et aliorum apostolorum

patrocinio confidentē
ꝑpetua defensione con
Omnes | Oratio serua.
sancti tui quesumus
dn̄e nos ubiqȝ adiuuēt.
ut dum eorum merita
recolimus patrocinia
sentiamus. et pacem
tuam nr̄is concede tē
poribꝫ. et ab ecclesia t
tua cunctam repelle ne
quitiam. Iter actus et
uoluntates nr̄as et oī
um famulorum tuorū
in salutis tue. ꝓspitate

diſpone. benefactoribꝫ
nrīs ſempiterna bona t
retribue. et omnibus
fidelibꝫ defunctis requi
em eternam concede.
p dnm nrm yħm xp̄m
filium tuum. Q. in tecū
uiuit et regnat in uni
tate ſp̄s ſcī deus. p oīa
ſecula ſeculoꝝ amen.
℣. Dn̄e exaudi oꝛonem
meam. ℟. Et clamor
meus ad te ueniat. ℣.
Benedicamus dn̄o. ℟.
Deo gratias.

Iſtud officium facimus
ſicut ſupſcriptum eſt die
dominico. die lune. et die
iouis. Sed feria tercia
et ſexta. hoc eſt die mar
tis et die ueneris fit
ut infra uidelicet.
Die martis et die ue
neris ad matutinum.
pater nr: ſub ſilentio.
Domine labia mea
aperies. Et os meum.
et dic omnia ut ſup
cum inuitatorio et
hymno. Antiphana.

Specie tua. psalmus.
E Ructauit cor me
um uerbum bonū.
dico ego opera mea re
gi. L ingua mea cala
mus ſcribe uelociter
ſcribentis. S pecioſus
forma pre filijs hoīm.
diffuſa eſt gratia in la
bijs tuis propterea be
nedixit te deus in etē
num. A ccingere gla
dio tuo ſuper femur
tuum potentiſſime. ℟
S pecie tua et pulcri

tudine tua intende pro
ſpere procede et regna.
Propter ueritatem et
manſuetudinem et iu
ſticiam et deducet te
mirabiliter dextera tu
a. Sagitte tue acute po
puli ſub te cadent in cor
da inimicorum regis.
Sedes tua deus in ſe
culum ſeculi. uirga di
rectionis uirga regni
tui. Dilexiſti iuſticiam
et odiſti iniquitatem.
propterea unxit te deus

deus tuus oleo leticie pre
consortibus tuis. Myrra
et gutta et cassia a ue
stimentibus tuis a domibus
eburneis ex quibus te
delectauerunt filie regum
in honore tuo. Astitit
regina a dextris tuis in
uestitu deaurato circum
data uarietate. Audi
filia et uide. et inclina
aurem tuam. et obliui
scere populum tuum et do
mum patris tui. Et con
cupiscet rex decorem

tuum. q̄m ipse est dn̄s
deus tuus. et adorab
unt eum. Et filie tyri
in muneribꝫ uultum
tuum deprecabuntur oēs
diuites plebis. Omnis
gloria eius filie regis
ab intus in fimbrijs au
reis circumamicta ua
rietate. Adducentur
regi uirgines post eaꝫ
proxime eius afferen
tur tibi. Afferentur
tibi in leticia et exulta
tione adducentur in

templum regis. Pro
patribus tuis nati ſunt
tibi filij. conſtitues eos
principes ſuper omnem
terram. Memores e-
runt nominis tui dñe
in omni generatione
et generationem. Pro-
pterea ppli confitebūt
tibi in eternum et in
ſeculum ſeculi. Glia.
ant. Specie tua et pul
critudine tua intende
proſpere procede et
regna. ant. Adiuuabit

eam deus. pſalmus.
Deus noſter refugi
um et uirtus ad
iutor in tribulationibꝰ
que inuenerunt nos
nimis. Propterea nō
timebimus dum turba
bitur terra. tranſferen
tur montes in cor ma
ris. Sonuerunt et tu
bate ſunt aque eoꝝ.
conturbati ſunt mōtes
in fortitudine eius. Fl
uminis impetus letifi
cat ciuitatem dei ſc̄tifi

cauit tabernaculū ſuū
altiſſimus. Deus in me
dio eius non commouebit.
adiuuabit eam deus i
mane diluculo. Con
turbate ſunt gentes ⁊
inclinata ſunt regna.
dedit uocem ſuam mo
ta eſt terra. Dominus
uirtutum nobiſcum ⁊
ſuſceptor nr̄ deus ia
cob. Venite et uide
te opera dn̄i que poſu
it pdigia ſuper terram
auferens bella uſq; ad

fines terre. Arcum et
conteret et confringet
arma et scuta cōburet
igni. Vacate et uide
te qm̄ ego sum deus et
exaltabor in gentibus
et exaltabor in terra.
Dominus uirtutum
nobiscum susceptor
nr̄ deus iacob. Glia.
ant. Adiuuabit eam
deus uultu suo deus
in medio eius non co
mouebitur. ant. Sicut
letantium. psalmus.

Fundamenta eius
in montibus ſanctis.
diligit dominus portas ſyon
ſuper omnia tabernacula
iacob. Glorioſa dicta
ſunt de te civitas dei.
Memor ero raab et
babilonis ſcientium
me. Ecce alienige
ne et tyrus et populus
ethyopum hii fuerunt
illic. Numquid ſyon
dicet homo et homo
natus eſt in ea. et
ipſe fundavit eam al

tissimus. Dominus
narrabit in scriptur'
pplorum et principũ
horum qui fuerunt
in ea. Sicut letanti
um omniũ nostrum
habitatio est in te.
Gloria pri. Sicut.
Ant. Sicut letantiũ
omnium nrm habi
tatio est in te sancta
dei genitrix. ℣. Diffu
sa est gratia in labijs
tuis. ℟. propterea be
nedixit te deus i eter

num. et oia ſequant᷑ cum lectionibꝫ et lau dibus. uſqꝫ ad finem matutini. ut ſup̄ lxt.
Die mercurij et die ſabati ad matutinū. pater nr̄. Domine la bia mea aperies. Et os meum. et dic oia ut in p̄ncipio habetur cum inuitatorio et hȳ no. Ant. Gaude ma
Cantate pſal. ria. dn̄o canticum nouum. cantate dn̄o

omnis terra. Cantate dño et benedicite nomini eius. Annũciate de die in diem salutare eius. Annũciate inter gentes gloriam eius. in omnibꝫ ꝑplis mirabilia eius.
Quoniam magnus dñs et laudabilis nimis terribilis est sup oẽs deos. Quoniam oẽs dij gentium demonia. dñs autem celos fecit. Confes

ſio et pulcritudo in cõ
ſpectu eius. ſctimonia
et magnificentia in ſã
ficatione eius. Afferte
te dño patrie gentiuz.
afferte dño gloriam et
honorem. afferte dño
gloriam nomini eius.
Tollite hoſtias et in
troite in atria eius et
adorate dñm in atrio
ſcto eius. Commoueat
a facie eius uniuerſa
terra. dicite in gentibꝫ
qꝛ dñs regnauit. Et

enim correxit orbem
terre qui non commoue
bitur iudicabit populos
in equitate. Letentur
celi et exultet terra co
moueatur mare et ple
nitudo eius. gaudebunt
campi et omnia que
in eis sunt. Tunc ex
ultabunt omnia ligna sil
uarum a facie domini
quia uenit quoniam uenit
iudicare terram. Iudi
cabit orbem terre in e
quitate. et populos in ue

ritate ſua. Gloria pri.
ant. Gaude maria uir
go cunctas hereſes ſola
interemiſti in uniuerſo
mundo. ant. Dignare
Dominus ps. me.
regnauit exultet
terra letentur inſule
multe. Nubes et cali
go in circuitu eius. iu
ſticia et iudicium corre
ctio ſedis eius. Ignis
ante ipm pcedet et in
flamabit in circuitu ini
micos eius. Illuxerūt

fulgura eius orbi terre
uidit et comota est ter
ra. Montes sicut cera
fluxerũt a facie domini
a facie dñi omnis ter
ra. Annũtiauerũt ce
li iusticiam eius. et ui
derũt oẽs ppli gloriam
eius. Confundantur
oẽs qui adorant sculp
tilia. et qui gliantur i
simulacris suis. Adora
te eum oẽs angeli eius
audiuit et letata est i
syon. Exultauerunt

filie iude propter iudi
cia tua dne. Quoniam
tu dns altiſſimus ſuper
oem terram nimis exal
tatus es ſuper oes deos.
Qui diligitis dominuz
odite malum. cuſtodit
dns animas ſcorū ſuor.
et de manu peccoris libe
rauit eos. Lux orta eſt
iuſto. et rectis corde le
ticia. Letamini in dno
iuſti. et confitemini me
morie ſctificationis eius.
Gloria pri. Sicut erat.

ant. Digniare me lau
dare te uirgo sacrata da
michi uirtutem contra
hostes tuos. ant. post
partum. psalmus xcvii.
Cantate dn̄o canti
cum nouum quia
mirabilia fecit. Salua
uit sibi dexteram eius.
et brachium sanctum
eius. Notum fecit dn̄s
salutare suum. in conspe
ctu gentium reuelauit
iustiaam suam. Recorda
tus est mīe sue. et ueri

tatis ſue domui iſrael. a
Viderunt oẽs termini
terre ſalutare dei nri.
Iubilate deo ois terra
cantate et exultate. o
Pſallite dño in cythara
ra. in cythara et uoce t
pſalmi. in tubis ductili
bus et uoce tube cornee.
Iubilate in conſpectu
regis dni. moueatur
mare et plenitudo eius
orbis terrarũ et qui ha
bitant in eo. Flumina
plaudent manus ſimul

montes exultabunt a
conspectu dñi. quoniã
uenit iudicare terram.
Iudicabit orbem terra
rum in iusticia et pp̄los
in equitate. Gloria pri.
Ant. post partum uir
go inuiolata pmansi
sti. dei genitrix interce
de pro nobis. ℣. Diffu
sa est gratia in labiis t
tuis. ℟. propterea be
nedixit te deus in eter
num. postea psequãt
lectiones et laudes uſꝫ

infinem. Ad primam ℟.

Deus in adiutorium meum intende. ℣ Domine ad adiuuandum me festina. ℣ Gloria patri. Hymnus.

Memento salutis auctor quod nostri quondam corporis ex illibata uirgine nascendo formam sumpsisti. Maria mater gratie mater misericordie tu nos ab hoste protege. et in hora mortis suscipe. Gloria tibi domine qui

natus es de uirgine cũ
pře et sancto spiritu in
sempiterna secula amẽ.
ant. Assumpta est. ps.
Deus in nomine tuo
saluum me fac. et
in uirtute tua iudica me.
Deus exaudi orõnem
meam. auribꝫ percipe ꝛ
uerba oris mei. Quo
niam alieni insurrexerũt
in me et fortes quesie
runt animam meam. ꝛ
et non proposuerunt deum ante
conspectum suum. Ecce

enim deus adiuuat
me. et dñs susceptor ẽ
anime mee. Auerte
mala inimicis meis et
in veritate tua disperde
illos. Voluntarie sacri
ficabo tibi. et confitebor
nomini tuo dñe qm̃ bo
num est. Qm̃ ex omĩ
tribulatione eripuisti
me. et super inimicos
meos despexit oculus
meus. Gloria pri. ps.
Benedixisti domine
terram tuam. auer

tiſti captiuitatem iacob.
Remiſiſti iniquitatē
plebis tue. operuiſti oīa
peccata eorum. Mitiga
ſti oēm iram tuam. au
tiſti ab ira indignatio
nis tue. Conuerte nos
deus ſalutaris noſter: et
auerte iram tuam a no
bis. Numquid in eter
num iraſceris nobis:
aut extendes iram tu
am a generatione in
gn̄ationem. Deus tu
conuerſus uiuificabis

nos. et plebs tua letabit᷑
in te. Oſtende nobis
dñe miam tuam. et ſa
lutare tuum da nobis.
Audiam quid loquat᷑
in me dñs deus. qm lo
quetur pacem in plebē
ſuam. Et ſuper ſanctos
ſuos. et in eos qui con
uertuntur ad cor. Ve
runtamen prope timē
tes eum ſalutare ipſius.
ut inhabitet gloria in
terra nr̄a. Miſericordia
et ueritas obuiauerūt

ſibi. iuſticia et pax oſ
culate ſunt. V eritas
de terra orta eſt. et iu
ſticia de celo proſpexit.
Et enim dn̄s dabit be
nignitatem. et terra n
ra dabit fructum ſuū.
Iuſticia ante eum am
bulabit. et ponet i uia
greſſus ſuos. Gloria.
Laudate dn̄m ps.
Oēs gentes. et col
laudate eum omnes
ppl̄i. Qm̄ confirmata
eſt ſuper nos mīa eius

et ueritas dñi manet
in eternum. Gloria.
ant. Assumpta est ma
ria in celum gaudent
angeli. laudantes be
nedicunt dñm. Capl'm.
Que est ista que pro
greditur quasi a
aurora consurgens. o
pulcra ut luna. electa
ut sol. terribilis ut ca
strorum acies ordina
ta. ℟. Deo gratias. ℣.
Dignare me laudare
te uirgo sacrata. ℟.

Da michi uirtutem contra hostes tuos. o kyriel. xpel. kyriel. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et cla mor meus. Oratio.

Deus qui uirginalem aulam beate marie uirginis in qua ut habitares eligere dignatus es. da quesumus ut sua nos defensione munitos iocundos nos faciat sue interesse cõmemorationi. Qui uiuis et regnas in secula

seculorum. ℟. Amen.
Ant. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute. ℣. Letamini in domino et exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde.
Exaudi nos Oratio.
Deus salutaris noster. et apostolorum tuorum petri et pauli et aliorum apostolorum nos tuere presidiis quorum donasti fideles esse doctrinis.
Omnes sancti tui

qs dñe nos ubiq3 ad
iuuent. ut dum eorũ
merita recolimus pa
trocinia sentiamus. et
pacem tuam nr̄is con
cede tēporibꝫ. et ab ec
clesia tua cunctam re
pelle nequitiam. Iter
actus et uoluntates t
nr̄as et omniũ famu
lorum tuorũ in salutis
tue prosperitate dispōe.
benefactoribꝫ nr̄is sem
piterna bona retribue.
et omnibꝫ fidelibꝫ defũ

ctis requiem eternaz
concede. per dominum
nrm yhm. Amen. ℣.
Dne exaudi ℟. Et
clamor meus. ℣. Be
nedicamus dno. ℟.
Deo grãs. Ad terciam ℣.
Deus in adiutorium
meum. hymnus. Me
mento salutis auctor.
et cetera. ut supra. antiph.
Maria virgo. psalm.
Ad dominum cum
tribularer clama
ui et exaudiuit me.

Domine libera aiaz
meam a labiys iniquis
et a lingua dolosa. Q
uid detur tibi aut qd
apponatur tibi ad lin
guam dolosam. Sa
gitte potentis acute
cum carbonib9 deso
latoriys. Heu michi
quia incolatus meus
prolongatus est. habi
taui cum habitantib9
cedar multum inco
la fuit aia mea. Cũ
his qui oderant pacē

eram pacificus. cum lo
quebar illis impugna
bant me gratis. Glia.
Leuaui oculos ps.
meos in montes
unde ueniet auxiliuz
michi. Auxilium me
um a dño qui fecit ce
lum et terram. Non
det in comotionem pe
dem tuum. neqȝ dormi
tet qui custodit te. Ec
ce non dormitabit ne
qȝ dormiet qui custodit
isrl'. Dns custodit te

dn̄s ꝓtectio tua ſuper
manum dexteram tu-
am. Per diem ſol nō
uret te. neqꝫ luna per
noctem. Dominus cu-
ſtodit te ab oī malo. t
cuſtodiat animam tu-
am dn̄s. Dn̄s cuſto-
diat introitum tuum
et exitum tuum ex o
hoc nūc et uſqꝫ in ſeclꝫ.
Gloria pr̄i. Sicut. ps.
Letatus ſum in hiis
que dicta ſunt o
michi. in domum dn̄i

ibimus. Stantes e
rant pedes nri in atri
is tuis ierl'm. Ierl'm
que edificatur ut ciui
tas cuius participatio
eius in id ipm. Illuc
enim aſcenderunt tri
bus tribz dni. teſtimo
nium isrl' ad confitē
dum nomini domini.
Quia illic ſederunt ſ
ſedes in iudicio. ſedes
ſuper domum dauid.
Rogate que ad pacē
ſunt ierl'm et abūda

tia diligentibꝫ te. Fi-
at pax in uirtute tua
et abundantia in tur-
ribus tuis. Propter
fratres meos et proxi-
mos meos loquebar e
pacem de te. Propter
domum dñi dei nostri
queſiui bona tibi. Glo-
ria pri. Ant. Maria ũ-
go aſſumpta eſt ad e-
thereum thalamum
in quo rex regum ſtel-
lato ſedet ſolio. Caplꝫ.
Et ſic in ſyon firma

82

ta ſum. et in ciuitate
ſctificata ſimiliter reque
ui et in ierl'm poteſtas
mea. ℟. Deo gratias. ℣.
Diffuſa eſt gratia in la
biis tuis. ℟. Propterea
benedixit te deus in et
num. kyriel. xp̃el. kyri
el. ℣. Dñe exaudi. ℟. Et
clamor meus. Oratio.
Deus qui ſalutis e
eterne bt̃e marie
uirginitate fecunda hu
mano generi premia o
preſtitiſti. tribue queſ.

ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus. per quam meruimus auctorem vite suscipere dominum nostrum ihesum xpistum filium tuum. R. Amen.
Ant. Sancti dei omnes intercedere dignemini.
Oro. Protege domine plebem tuum. Require supra in matutinis. Ad sextam
D Eus in adiuto V. rium meum inten de. D omine et cetera. hymn.
Memento salutis au-

ctor. ut ſupra. ant. Jn o
dorem unguentorū. ps.
AD te leuaui oculos
meos qui habitaſ i
celis. Ecce ſicut oculi
ſuorum in manib; dño
rum ſuorum. Sicut ocu
li ancille in manibus
dñe ſue. ita oculi nři ad
dñm deum nřm donec
miſereatur nři. Miſere
nři dñe miſere noſtri.
quia multum repleti
ſumus deſpectione. Q
uia multum repleta ē

anima nr̃a obprobriũ
abundantibꝫ et despec
tio superbis. Gloria pri.
Nisi quia dñs psalm⁹
erat in nobis dicat
nunc isrl' nisi quia dñs
erat in nobis. Cum ex
urgerent homines in
nos forte uiuos deglu
tissent nos. Cum ira
sceretur furor eorum i
nos forsitan aqua ob
sorbuisset nos. Torren
tem pertransiuit aia
nr̃a forsitan ptrãsisset

anima nr̄a aquam in
tollerabilem. Benedi
ctus dn̄s qui non dedit
nos in captionem den
tibus eorum. Anima
nr̄a ſicut paſſer erepta
eſt de laqueo uenanti
um. Laqueus contri
tus eſt et nos liberati
ſumus. Adiutorium
nr̄m in nomine dn̄i q
fecit celum et terram.
Gloria pr̄i. Sicut. ps.
Qui confidunt in do
mino ſicut mons

ſyon non commouebitur
in eternum qui habitat
in ierlm. Montes in
circuitu eius. et dns i
circuitu ppli ſui ex hoc
nūc et uſq; in ſcłm.
Quia non relinquet
dns uirgam peccoꝝ
ſuper ſortem iuſtorum.
ut non extendant iuſti
ad iniquitatem manus
ſuas. Benefac domie
bonis et rectis corde.
Declinantes autem
in obligationes addu-

cet diis cum operan
tibus iniquitatem pax
super isrl'. Gloria pri.
ant. In odorem unguē
torum tuorū currimus
adolescentule dilexerūt
te nimis. Capitulum.
Et radicaui in ppło
honorificato. et in
partes dei mei heredi
tas illius. et in plenitu
dine scorum detentio
mea. ℟. Deo gratias. ℣.
Benedicta tu in mulie
rib9. ℟. Et benedictus

fructus uentris tui. ky
riel'. xpel'. kyriel'. ℣. Do
mine exaudi. ℟. Et cla
mor meus. Oratio.
Concede misericors
deus fragilitati
nre presidium ut qui
sancte dei genitricis
marie memoriā agim⁹.
intercessionis eius auxi
lio a nris iniquitatib⁹
resurgamus. per eūdez
xpm dnm nrm. ℟. Amē.
ant. Sancti dei omnes
intercedere dignemini.

cum orōnib; ut ſupra
ad p̄mam. Ad nonam.
℣. Deus in adiutorium
meum intende. cū hym
no ut ſupra. ant. Pulcra
es et decora. pſalmus.
In conuertendo dn̄s
captiuitatem ſyon:
facti ſumus ſicut conſola
ti. Tunc repletum eſt
gaudio os nr̄m et ling
na in exultatione. Tūc
dicent inter gentes ma
gnificauit dn̄s facere
cum eis. Magnificauit

dn̄s facere nobiscū facti
ſumus letantes. C onū
terte dn̄e captiuitatem
nr̄am ſicut torens in au
ſtro. Q ui ſeminant in
lacrimis in exultatione
metent. E untes ibant
et flebant mittentes ſe
mina ſua. V enientes
autem uenient cum ex
ultatione portantes ma
nipulos ſuos. G lia p̄ri.
N iſi dn̄s edificauerit
domum in uanū ps.
laborauerunt qui edifi

cant eam. Nisi domin⁹
custodierit ciuitatem o
frustra uigilat qui custo
dit eam. Vanum est
nobis ante lucem surge
re. surgite postq̄ʒ sederi
tis qui manducatis pa
nem doloris. Cum de
derit dilectis suis somn
um ecce hereditas dn̄i
filij merces fructus uen
tris. Sicut sagitte i ma
nu potentis ita filij ex
cussorum. Beatus uir
qui impleuit desideriū

ſuum ex ipis non con,
fundetur dum loquet
inimicis ſuis in porta.
Gloria pri. Sicut. ps.
Beati omnes qui
timent dnm qui
ambulant in viis eius.
Labores manuu tua
rum quia manducabis.
beatus es et bene tibi
erit. Uxor tua ſicut v
uitis abundans in la
teribꝫ domus tue. Fi
lii tui ſicut novelle oli
uarum in circuitu mẽ

ſe tue. Ecce ſic benedi
cetur homo qui timet
dnm. Benedicat tibi
dns ex ſyon et uideas
bona ierlm oib; dieb;
uite tue. Et uideas
filios filiorum pacem
ſuper iſrael. Gloria.
Ant. Pulcra es et de
cora filia ierlm terribi
lis ut caſtrorum acies
ordinata. Capitulu.
In plateis ſicut ci
namomum et bal
ſamum aromatizans

odo

odorem dedi quasi m
mirra electa dedi sua
uitatem odoris. ℟. Deo
gratias. ℣. Post partu
uirgo inuiolata pmā
sisti. ℟. Dei genitrix in
tercede pro nobis. kyri
el'. xpel'. kyriel'. ℣. Dñe
exaudi. ℟. Et clamor.
Famulorum Oratō.
tuorum qs dñe de
lictis ignosce. ut qui ti
bi placere de actibus t
nris non ualemus. ge
nitricis filij tui dñi dei

nri intercessione salue
mur. Per eundem xp̄m
dnm nrm. ℟. Amen. ℣.
Sancti dei omnes ač
ut supra. Oratio.
Presta q̄s ops deus
ut nullis nos per
mittas pturbationibus
concuti. quos in aplice
confessionis petra soli
dasti. Oratio.
Omnes sc̄i tui q̄s
dn̄e nos ubique
adiuuent. ut dum eoꝝ
ut supra. Ad vesperas.

Deus in adiuto
rium meum in
tende. Domine
ad adiuuandum me
festina. Gloria patri.
Sicut erat. antipha.
Dum esset rex. psalm⁹.
Dixit dñs dño meo
sede a dextris meis.
Donec ponam inimi
cos tuos scabellum pe
dum tuorũ. Virgam
uirtutis tue emittet
dñs ex syon dominare
in medio inimicorum

tuorum. Tecum prin
cipium in die uirtutis
tue in ſplendoribus ſanctorum
ex utero ante luciferum
genui te. Iurauit dominus
et non penitebit eum.
tu es ſacerdos in eternum
ſecundum ordinem me
lchiſedech. Dominus a dextris
tuis confregit in die ire
ſue reges. Iudicabit in
nationibus implebit ruin
as conquaſſabit capita
in terra multorum. De
torrente in uia bibit pro

pterea exaltauit caput.
Gloria pri. ant'. Dum
eſſet rex in accubitu ſuo
nardus mea dedit odo
rem ſuauitatis. antiph'
Leua eius. pſalmus.
Laudate pueri dnm
laudate nomē dni.
Sit nomen dni benedi
ctum ex hoc nūc et uſq;
in ſeculum. A ſolis ortu
uſq; ad occaſum lauda
bile nomen dni. Excel
ſus ſuper oēs gentes dns
et ſuper celos gloria eius.

Quis sicut dñs deus nr̄
qui in altis habitat et
humilia respicit in ce
lo et in terra. Suscitãs
a terra inopem. et de
stercore erigens paupe
rem. Ut collocet eum
cum principibus cum prin
cipibus populi sui. Qui ha
bitare facit sterilem in
domo matrem filiorum
letantem. Gloria patri.
Ant. Leva eius sub ca
pite meo. et dextera
illius amplexabitur me.

ant. Nigra sum. psalm.

Letatus sum in his que dicta sunt m. ut supra ad terciam. t

ant. Nigra sum sed formosa filia ierl'm. ideo dilexit me rex. et introduxit me in cubiculum suum. ant. Jam yems transiyt ymber abyt et recessit. surge amica mea et veni. psalmus.

Nisi dns hedificauit domum. ut supra ad nonam. antiphona.

Specioſa facta es. pſalm̄.
Lauda yerl'm dominū.
lauda deum tuum
ſyon. Quoniam confor
tauit ſeras portarum
tuarum benedixit filijs
tuis inte. Qui poſuit
fines tuos pacem et a
dype frumenti ſaciat te.
Qui emittit eloquium
ſuum terre uelociter o
currit ſermo eius. Qui
dat niuem ſicut lanā
nebulam ſicut cinerem
ſpargit. Mittit criſtallū

ſuum ſicut bucellas an
te faciem eius quis ſuſti
nebit. E mittet uerbuz
ſuum et liquefaciet ea.
flauit ſp̄s eius et fluent
aque. Q ui ānunciat
uerbum ſuum iacob iu
ſticias et iudicia ſua iſrl̄.
N on fecit taliter omni
nationi. et iudicia ſua
non manifeſtauit eis.
G loria pr̄i. ant. Speci
oſa facta es et ſuauis in
delicijs tuis ſancta dei
genitrix. Capitulum.

Ab initio et ante ſe
cula creata ſum et
uſq; ad futurum ſeculũ
non deſinam. et in ha
bitatione ſancta coraꝫ
ipſo miniſtraui. ℟. Deo
gratias. hymnus.
Ave maris ſtella dei
mater alma. atq;
ſemper uirgo felix celi
porta. Sumens illud
aue gabrielis ore fun
da nos in pace mutãs
eue nomen. Solue ui
uincla reis profer lu

men cecis. mala nr̄a
pelle. bona cuncta po
ſce. Monſtra te eſſe
matrem. ſumat per te
preces qui pro nobis
natus tulit eſſe tuus.
Virgo ſingularis inter
omnes mitis nos cul
pis ſolutos mites fac
et caſtos. Vitam p̄ſta
puram. iter para tutū
ut videntes ieſum ſē
per collectemur. Sit
laus deo p̄ri. ſūmo xp̄o
decus. ſpiritui ſc̄to triū

honor unus amen. ℣.
Diffusa est gratia in la
bijs tuis. ℟. Propterea
benedixit te deus in et
num. ant. Btã mater.
Magnificat psalmus.
anima mea dominũ.
Et exultauit spiritus
meus in deo salutari o
meo. Quia respexit hu
militatem ancille sue. o
ecce enim ex hoc beatã
me dicent oẽs gñatiões.
Quia fecit michi ma
gna qui potens est et

ſanctum nomen eius. e
Et miſericordia eius a
progenie in progenies
timentibus eum. Fecit
potentiam in brachio t
ſuo. diſperſit ſuperbos
mente cordis ſui. De
poſuit potentes de ſede
et exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit
bonis et diuites dimi
ſit inanes. Suſcepit
iſrael puerum ſuum recor
datus miſericordie ſue. t
Sicut locutus eſt ad pa

tres viros habraam et
semini eius in secula. ℟.
Gloria patri. Ant. Be
ata mater et in nupta
virgo gloriosa regina
mundi intercede pro
nobis ad dnm. kyriel.
xpel. kyriel. ℣. Domine
exaudi. ℟. Et clamor
Concede nos oro.
famulos tuos qs
dne deus in ppetua me
tis et corporis salute i
gaudere. et gloriose re
gine mundi bte mane

ſemper uirginis inter
ceſſione a preſenti li
berari triſticia. et ete
na perfrui leticia. per
xpm dnm nrm. ℞.
Amen. Ant. Sancti di
omnes. ut ſupra cu
oronibꝫ ad matutin.
Ad completorium ℣.

Conuerte nos
deus ſalutaris
nr. Et auerte
iram tuam a nobis. ℣.
Deus in adiutorium
meum intende. Dne

ad adiuuandum me
festina. Gloria patri. ps.
Sepe expugnaue
runt me a iuuentu
te mea. dicat nunc isrl.
Sepe expugnauerũt
me a iuuentute mea et
enim non potuerunt
michi. Supra dorsum
meum fabricauerunt
peccõres prolongauerũt
iniquitatem suam. Do
minus iustus concidet
ceruices peccõrũ. con
fundantur et conũtan

tur retrorſum omnes
qui oderunt ſyon. Fi
ant ſicut fenum tecto
rum qd prius q̃ euella
tur exaruit. De quo nō
impleuit manum ſuā
qui metet. et ſinū ſuū
qui manipulos colli
git. Et non dixerunt
qui preteribant benedi
ctio dn̄i ſuper uos bene
diximus uobis in no
mine dn̄i. Gloria. ps.
De profundis clama
ui ad te dn̄e. dn̄e

exaudi uocem meam.
Fiant aures tue intē
dentes in uocem depc̄a
tionis mee. Si iniqui
tates obſuaueris dn̄e
dn̄e quis ſuſtinebit. Q
Quia apud te ꝓpicia
tio eſt et propter legē
tuam ſuſtinui te dn̄e.
Suſtinuit anima mā
in uerbo eius ſperauit
anima mea in domino.
A cuſtodia matutina
uſqꝫ ad noctem ſperet
iſrael in dn̄o. Quia

apud dominum misericordia
et copiosa apud eum
redemptio. Et ipse re
dimet israel ex omnibus
iniquitatibus eius. Gloria
patri. Sicut erat. ps.
Domine non est
exaltatum cor me
um neque elati sunt ocu
li mei. Neque ambula
ui in magnis neque in
mirabilibus super me.
Si non humiliter sen
tiebam sed exaltaui
animam meam. Si

cit ablactatus est super matrem suam. ita retri butio in animam meã. Speret israel in dño ex hoc nũc et usqȝ in se culum. Gloria. Hymn9. Memento salutis auctor q̃ nr̃i quon dam corporis. Capitlm. Ego mater pulchre dilectionis et timo ris et magnitudinis et sancte spei. R. Deo gr̃as. V. Ora pro nobis sanc ta dei genitrix. R. Ut

61

dignı efficiamur pmiſ
ſionib9 xpi. Ant. Sub
tuum preſidium. ps.
Nunc dimittis ſuū
tuum dñe ſecūdū
uerbum tuum in pace.
Quia uiderunt oculi
mei ſalutare tuum.
Quod paraſti ante fa
ciem omniū populorū.
Lumen ad reuellatio
nem gentium. et gliaz
plebis tue iſrael. Glo
ria pri. Ant. Sub tuū
preſidium confugim9

ſancta dei genitrix. no
ſtras deprecationes ne
deſpicias in neceſſita
tibus. ſed a cunctis pe
riculis libera nos ſem
per uirgo benedicta.
kyriel. xpel. kyriel. ℣.
Dne exaudi. ℟. Et cla
mor meus. Oratio.
Beate et glorioſe
ſemper q; uirgis
marie qs dne interceſ
ſio glorioſa nos prote
gat. et ad uitam pdu
cat eternam. per xpm

dnm nrm. ℟. Amen.
ant. Sancti dei oēs.
ut supra cum oronibus ad p̄mam. Benedicat et custodiat nos
op̄s et misericors deus
pater et filius et sp̄s
sanctus amen. Salutatio.
Salue regina misericordie uita
dulcedo et spes nr̄a
salue. Ad te clamam⁹
exules filij eue ad te
suspiramus. gemētes
et flentes in hac lac

marum ualle. eya ergo aduocata nr̄a illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et iesum benedictū fructū uentris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens. o pia. o dulcis uirgo maria. ℣. Dignare me laudare te uirgo sacrata. ℟. Da michi uirtutem contra hostes tuos. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui gloriose

uirginis marie corp9
et animam. ut dignu͂
filij tui habitaculum
effici mereretur spiri
tu scto cooperante ꝑpa
rasti. Da ut cuius com
memoratione letam͂.
eius pia intercessione
ab instantibꝫ malis ⁊
a morte ꝑpetua libere
mur. per eundē dnm
nrm yhm xpm filium
tuum. Qui tecum. ℟.
Amen. ℣. Dne exaudi.
℟. Et clamor meus.

Fidelium anime per
miſericordiam dei requie-
ſcant in pace amen.
Et diuinum auxiliū
maneat ſemper nobiscū
amen.
Die ſabbi ante p̄mā
dominicam de aduē-
tu ad veſperas. Deus
in adiutorium meum
intende. Dn̄e ad adiu-
uandum me feſtina.
Gloria pri. Sicut. ℟.
Miſſus eſt. ps. Dixit
dn̄s. cum reliquis ut

ſupra. Ant. Miſſus eſt
gabriel angelus ad
mariam uirginem de
ſponſatam ioſeph. Ant.
Aue maria gratia plena
dominus tecum. benedicta
tu in mulieribus alleluia.
Ant. Ne timeas mari
a inueniſti gratiam
apud deum. ecce con
cipies et paries filium
alleluia. Ant. Dabit ei do
